

## 8.

1311 Aug. 22 vor Brescia <sup>1</sup>.

Heinricus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Decet mayestatem regiam subiectorum postulationibus benignum prebere consensum in hiis presertim, que iuris et rationis semitas<sup>a</sup> non excedunt. Sed delectat ex innata clementia mentem nostram eorum studiosius et favorabilius profectibus intendere, quos merita potiora commendant et ampliora servicia nostris beneplacitis efficiunt gratiores. Ad venerabilem igitur<sup>b</sup> fratrem Phylippum<sup>c</sup> Eystetensem episcopum, principem nostrum dilectum, et ecclesiam suam regalis gratie plenitudinem convertentes, qui plurium nobilium et discretorum virorum testimonio, quibus credendum extitit, in nostre mayestatis<sup>d</sup> presentia probavit et docuit villam Celle cum pertinentiis suis sitam prope Dietfürtte<sup>e</sup> et castrum Altenburch<sup>f</sup> quondam nobili viro Gebhardo comiti de Hirzperch<sup>g</sup> et castro Hirzperch<sup>g</sup> ab antiquo pertinuisse, quod castrum ad ipsum episcopum et ecclesiam Eystetensem devolutum esse dinoscitur pleno iure, villam eandem cum omnibus pertinentiis, iuribus et utilitatibus ipsius atque iudicio villano, prout eam dictus comes dum vixit tenuit, memoratis episcopo et ecclesie Eystetensi restituimus et de novo donamus ex certa scientia et de gratia speciali. Et ut uberioris dona gratie de nostra munificentia percipiant, duas piscarias sitas apud Creglingen in fluvio, qui vulgariter Altmûl<sup>h</sup> nuncupatur, de quibus inter nostros et eiusdem ecclesie officiales diversitas aliquociens et questio

a) A: die Worte 'in hiis — se(mitas)' stehen auf Rasur. b) B: 'itaque'. c) B: 'Philippum'. d) B: 'sererenitatis' (sic!), 'serer' auf Rasur. e) B: 'Ditfürtte'; C: 'Dietfürte'. f) B: 'Altenburg'. g) B: 'Hirzperg'. h) C: 'Altmûl'; B: vor 'nuncupatur': 'vulgariter'.

1) 2 Originale im K. B. Allgem. Reichsarchiv zu München: I) A mit grossem Majestätssiegel an gelbroter Seidenschnur. Dorsuale: '(Rex) Hainricus super villa Celle prope Hirzperch et castro Altenburch'. Das offizielle Exemplar der kaiserlichen Kanzlei. II) B mit stark abgenutztem Majestätssiegel an minder verblichener gelbroter Seidenschnur. Dorsuale: 'Rex Hainricus super villam Celle prope Hirzperch' etc. Eine verbesserte Abschrift von A, mit dem es, abgesehen von diesen Abweichungen, völlig übereinstimmt. Unser Druck folgt dem ersten Original (A). Kopialbuch (C) fol. XXV sq. Rubrum: 'Rex Heinricus donat ecclesie villam Celle prope Hirzperch sitam et duas piscarias in Chreglingen et cum eorum pertinentiis'. C schreibt durchweg c statt t(i) der Originale.